

Quædam de rebus publicis & privatis
et de rebus & personis

IVSTI LIPSI
MONITA ET EXEMPLA
POLITICA.

Dele Libreria
LIBRI DVO,

Qui VIRTUTES ET VITIA Prin-
cipum spectant.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.
M. DC XXV.

*Cum Privilegiis Casareo & duorum Regum,
& Principum Belgarum.*

SER^{MO} ET POTENT^{MO}
PRINCIPI
ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DVCI BVRGVNDIÆ,
PRINCIPI BELGARVM.



ERTIVM hoc ingenij & stili mei monumentum est, SER^{ME} PRINCEPS, quod inclyto nomini tuo

LIBENTES MERITO imus consecratum. Etsi vllum; quomodo non istud, quod ipso titulo ad Te vocat, & augustum hoc nomen vult inscribi? Sunt enim MONITA POLITICA: ad quem iustiùs,quàm ad Politix & status nostri rectorem ibunt?

I. LIPSI
MONITA ET EXEMPLA
POLITICA.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

*In sermonem & rem ingressio, atque obiter
utilitas Exemplorum.*



AVDITOR. Accedo. annuis? LIPSIVS.
Imò accede, & sedc. vacuum reperis, &
sermonibus haud alienum. Otium est,
& lapsus cum equo (non enim ab equo,
ne rideas) ferias mihi fecit, & domum
seruare, focum assidere, iussit. Orem in-
genio meo alienam! nec aliud magis vi-
tam aut vigorem mihi sustinet, quam
exercitatio & motus. At ferendum est, quod non mutes.
AVD. Ferendum. & nobis diutinum desiderium: quod haud
semel promere memini, & ad te velut communi legatione de-
ferre. LIPS. Quid ais? AVD. Illud de EXEMPLIS. quæ viri & iu-
uenes flagitant (ita loquendum est: nec enim petunt tantum.)
subiungi POLITICORVM tuis libris. Sunt ibi Sententiæ
& velut Decreta, vtilia ac salutaria: quis abnuat? sed vt valida
atque efficacia sint, nonne vides vsum, id est Exempla deesse?
Hæc adde, & pulcherrimè ceptum opus absolue: nec muros
tantum & tectum, sed instrumenta atque ormenta adiun-
ge. Sicut herbas qui seuit, opportunè eas irrigat atque alit, vt
adulescant: sic tu Sententiarum istos velut frutices foue & at-
tolle, vel sole vel pluuiâ, vt sic dicam, Exemplorum. Vtrum-

